



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 101. Guisii Ducis pietas erga vulneratos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI ac Cæsarei obsidionales fossas die Sanctis Innocentibus sacra post sexagesimam quintam ab hostilis exercitus adventu, ac post quadragesimam quintam diem ab urbe tormentis verberari cæpta reliquerunt.

§. CI.

Guiski Ducis pietas erga vulneratos.

Daniel. l. c. p. 54. tom. 6. Quamprimum Guisus Dux obsidionem solutam, hostemque inde recedentem conspexerat, mox tres Procures totam rei gestæ seriem exposituros ad Regem ablegabat, qui ab eodem pro successus tam prosperi dignitate summo gaudio excipiebantur. Paulo post Nivernensis Dux, ac Sancti Andreæ Marefcallus, qui Tullenses, ac Virodunenses fines valido equitum agmine tuebantur, quantocius Metim concesserunt, ac unacum Guisio Duce Cæsareorum castra, aggeres, ac stationes lustrabant: ubique vero magno numero tam ægrotos, quam vulneratos, qui ægre animam trahentes opem implorarent, offendebant: Itaque Dux primævo indolis beneficio magnanimus, ac

vero alvi solutione, ac torminum doloribus correpti (dysenteriam græci vocant) magna in dies numero interibant.

miserorum forte commotus, mox cunctis cibum ac medicamenta suppeditare jussit, præcepitque sui exercitus Chirurgis, ut ea, quam suis præfidiariis impenderent, sollicitudine eorum vulnera curarent, eisque veluti amicis omne auxilium præstarent. Biduo post viginti cymbas stramineis culcitris, alioque apparatu percommodo instrui, eisque infirmos, & vulneratos imponi, ac tandem ad Theodonis villam deduci fecit. Hac pietate Dux Germanorum æque, ac Italicorum, & Hispanorum amorem, & venerationem sibi conciliabat, atque existimationem, quam sibi jamjam inter Gallos comparaverat, plurimum augebat, & magis, magisque nominis sui famam apud omnes æterna memoria dignam reddebat. Ceterum, si captivis fides habenda, in hac expeditione circiter triginta quinque hostium millia partim contagione, partim gladio periire.

Sæc. XVI.
A.C. 1552.

§. CII.

*Luxemburgensis Provincia a Gallis
misere devastata.*

Post hæc Henricus II. in Germaniam per Luxemburgensem Ducatum reversus, ibidem occupatis quibusdam oppidis totam circa circum regionem de-

*Thu. hist. 10.
Sleid. l. 24.
p. 909.*

E e 3 vasta-